1912. IV. 6. Kun. Vaitkevičius vyko į Monro (Montreux) klausyti vaikų išpažinčių kun. Gavronskio institute.

IV. 14. Konferencija apie Dievo baimę.

IV. 16. Visi vyko į Murten (Murat) atgauti jėgų.

IV. 21. Konferencija apie nuoširdumą ir tiesakalbystę.

IV. 23. Jurgio Matulaičio vardadienis. Visi drauge ėjo pasivaikščioti; buvo surengtas scholastinis disputas apie tiesos kriterijų. Brolių vardadieniai yra švenčiami taip: išvakarėse kiekvienas praneša apie savo vardadienį vyresniajam, kad šis pavestų brolį varduvininką kitų maldoms; kunigai per Mišias kalbėdami *Memento* jį pamini; kiti, jei gali, jo intencija priima Šventąją Komuniją ar paveda Šv. Mišių auką. Išvakarėse visi broliai jį pasveikina.

24. Prasidėjo paskaitos universitete (*išbraukta*).

28. Konferencija apie gailestingumo ir užuojautos jausmų puoselėjimą (*išbraukta*).

5. V. 1912 (*išbraukta*)

1912. IV. 24. Pas mus gyventi atvyko kun. Kazakas[20]. Norėjo mokytis vidinio, dvasinio gyvenimo pagrindų.

1912. IV. 26. Prasidėjo paskaitos universitete.

1912. IV. 25. Matulaitis kalbėjosi su seserų, kurioms priklauso *Canisianum*, generaline vyresniąja. Pranešė, kad kitais metais mes negalime pasilikti gyventi *Canisianum'e*. Priežastys: mažas ir nepatikimas kandidatų skaičius kitiems metams; norime būti nepriklausomi, kad jaunesnieji galėtų būti tinkamiau ugdomi. Mes išsinuomavome namą rue Grimoux (*išbraukta*) du Pire Girard N. 8 – visus aukštus, išskyrus paskutinį.

[20] Kazakas, Julijonas MIC (1886–1960) – kunigas, 1913 m. vyko į JAV kartu su J. Matulaičiu ir Feliksu Kudirka;. laikraščio „Draugas" Administratorius. Šio vizito metu Čikagos arkivyskupui leidus 1913 m. įsteigtas Marijonų vienuolynas.

28. D.nus Kornilowicz advenit, iam ordinatus ut sacerdos. – Conferentia de colendis in proprio corde misericordiae et compassionis sensibus.

5. V. 1912. Recollectio menstrua. I. De Resurrectione Christi; II. De apparitione Christi SS-mae Matri; III. De pace – consideratio, et examen de regeneratione spirituali. Confessio.

6. – 7. Relatio menstrua de vita exteriore.

8. – Accepit Matulewicz litteras: 1) a D.no Staniukynas, qui annuntiat ob exortas difficultates ex parte Superiorissae anglicae, quae curam habet Congr. SS. S. Casimiri se non posse hoc anno venire ad novitiatum inchoandum; 2) a Excell. Episcopo Suffr. Varsaviensi Rusrkiewicz, qui interrogat, qui ex nostris redituri sint Varsoviam; potissimum rogat, ut redeant Bronikowski et Wojtkiewicz.

12. Conferentia de vita spirituali opposita vitae carnali.

19. Quidam nostri profecti sunt ad ferenda servitia spiritualia operariis polonis: Wisniewski (*išbraukta*), Kulwice, Dvoranowski (*išbraukta*) et alii. – Conferentia : de vita simplici et mortificata ducenda.

26. Profecti sunt ad praestanda ministeria operariis polonis: Wisniewski, Kulwice, Dworanowski. – Conferentia de fiducia erga Deum.

2. VI. 1912. Conferentia: de largo corde habendo in serviendo Deo.

6. VI. 1912. Corporis Christi. Fere omnes participarunt in processione.

9. VI. 1912. Recollectio menstrua: I. De SS. Cordis Iesu cultu; II. De SS.-ma Eucharistia; quomodo amorem erga SS. Sacram. S. Aloysius monstravit;- III. De sacerdotibus peculiari modo dilectis Cordi SS. Jesu.

Toto tempore statutis temporibus explicabantur Regulae et Constitutiones; - In sessionibus collocuti sumus: de modestiae regulis et de bonae et decentis inter homines conversationis regulis; praeterea collocuti sumus inter se privatim de modo meliore inserviendi operariis polonis et ruthenis, qui ad laborandum peregre veniunt in Helvetiam: - ordines quidam et rationes methodicae habendae instructiones et quidem cathecheticae; adhortandi et inducendi ad frequentes confessiones et communiones; libri sunt convenienter selecti dandi ad legendum; ex medio ipsorum quaerendi sunt operarii, qui ceteros instruant; - praeprimis cura habenda spiritualis et religiosa, non tam insistendum, ut fiebat, instructioni in elementis litterarum et ceteris rebus profanis.

16. VI. „De fideliter adhibendis minimis rebus et occasionibus ad sese sanctificandum et proficiendum in via sanctitatis" – erat conferentia. – Nonnulli nostrorum profecti sunt ad inserviendum operariis polonis, qui sunt dispersi in Helvetia per diversos locos.

23. VI. Conferentia: De recollectione animi curanda. – Quidam profecti sunt ad operarios polonos.

30. VI. Conferentia de pace interiore quaerenda deque mediis eam assequendi. – Quidam ad operarios polonos profecti sunt.

7. VII. 1912. Recollectio menstrua. I Med.: - De S. Petri dilectione; II. De exitu nostrae vitae. III. De mutua dilectione; deque dilectione aliorum; benevolentia. Confessio. –

Heri *d. 6 iulii* D.nus Franciscus Bučys ad nos advenit Petropoli. – Secum adduxit puellam, quae una cum patris F. Kudirka sorore nobis in novo habitaculo erit inservitura.

28. Atvyko Kornilovičius, jau įšventintas kunigu. Konferencija apie gailestingumo ir užuojautos jausmų puoselėjimą savo širdyje.

1912. V. 5. Mėnesio rekolekcijos. I. Apie Kristaus prisikėlimą; II. Apie Kristaus pasirodymą Švč. Motinai; III. Mąstymas apie ramybę ir (sąžinės) tyrimas dvasinio atgimimo požiūriu. Išpažintis.

6-7. Kasmėnesinis pranešimas apie išorinį gyvenimą.

8. Matulaitis gavo laiškus: 1) nuo kun. Staniukyno[21], kuris praneša, kad dėl iškilusių sunkumų, susijusių su angle vyresniąja, kuri rūpinasi Šv. Kazimiero seserų kongregacija, negali šiais metais atvykti pradėti novicijato; 2) nuo Jo Ekscelencijos Varšuvos vyskupo sufragano Ruškevičiaus[22], kuris klausia, kurie iš mūsiškių ketina sugrįžti į Varšuvą; ypač prašo, kad parvyktų Bronikovskis ir Vaitkevičius.

12. Konferencija apie dvasinį gyvenimą, kaip priešingą kūniškam gyvenimui.

19. Kai kurie mūsiškiai vyko teikti dvasinių patarnavimų lenkų darbininkams: Višnevskis (išbraukta), Kulvietis, Dvaranauskas (išbraukta) ir kiti. Konferencija apie ėjimą paprasto ir apsimarinimais drausminamo gyvenimo keliu.

26. Teikti patarnavimų lenkų darbininkams vyko: Višnevskis, Kulvietis, Dvaranauskas. Konferencija apie pasitikėjimą Dievu.

1912. VI. 2. Konferencija apie dosnios širdies turėjimą tarnaujant Dievui.

1912. VI. 6. Kristaus Kūno (iškilmė). Beveik visi dalyvavo procesijoje.

1912. VI. 9. Mėnesio rekolekcijos: I. Apie Švč. Jėzaus Širdies garbinimą; II. Apie Švenčiausiąją Eucharistiją; kaip šv. Aloyzas parodė meilę Švč. Sakramentui; III. Apie kunigus, ypatingu būdu mielus Švč. Jėzaus Širdžiai.

Visą laiką nustatytu metu buvo aiškinamos regulos ir konstitucijos. Posėdžiuose kalbėjomės: apie santūrumo ir malonaus bei prideramo bendravimo su žmonėmis taisykles; be to, privačiai kalbėjomės apie tai, kaip geriau patarnauti lenkų ir rusų darbininkams, kurie, ieškodami darbo svetur, atvyksta į Šveicariją: reikia laikytis tam tikros tvarkos ir naudoti metodines priemones bei katechetinius mokymus; reikia raginti bei skatinti dažnai eiti išpažinties ir Komunijos; reikia duoti skaityti tinkamai parinktų knygų; reikia tarp pačių darbininkų surasti tokių, kurie galėtų kitus mokyti; visų pirma reikia rūpintis dvasiniais bei religiniais dalykais ir ne tiek daug atsidėti, kaip būdavo daroma, mokslo pagrindų diegimui ir kitiems pasaulietiškiems dalykams.

VI. 16. Vyko konferencija „Apie ištikimą naudojimąsi mažmožiais ir progomis pasišvęsti bei daryti pažangą šventumo kelyje". Kai kurie iš mūsiškių vyko patarnauti lenkų darbininkams, kurie yra pasklidę Šveicarijoje po įvairias vietas.

VI. 23. Konferencija: Apie dvasinio susitelkimo rūpestį. Kai kurie vyko pas lenkų darbininkus.

VI. 30. Konferencija apie vidinės ramybės paieškas ir apie priemones jai pasiekti. Kai kurie vyko pas lenkų darbininkus.

1912.VII.7. Mėnesio rekolekcijos. I meditacija: Apie šv. Petro meilę; II. Apie mūsų gyvenimo pabaigą. III. Apie tarpusavio meilę ir apie meilę kitiems bei palankumą. Išpažintis.

Vakar, liepos 6 d., iš Petrapilio pas mus atvyko kun. Pranciškus Būčys. Atsivežė mergaitę, kuri drauge su tėvo F. Kudirkos[23] seserimi patarnaus mums naujojoje buveinėje.

[21] Staniukynas, Antanas – kunigas, 1909 m. JAV įsteigęs Šv. Kazimiero seserų vienuolyną. Jo pakviestas kun. Jurgis Matulaitis, lydimas kun. Felikso Kudirkos ir kun. Julijono Kazako 1913 m. lankėsi Čikagoje. Šio vizito metu buvo įsteigtas Marijonų naujokynas JAV.

[22] Rūškys (Ruškevičiaus), Kazimieras – Varšuvos vyskupas, 1909 m. rugpjūčio 29 d. Varšuvoje įšventinęs pirmuosius marijonus: kun. Jurgį Matulaitį ir kun. Pranciškų Būčį, taip atnaujinant beišnykstančią Marijonų vienuoliją.

[23] Kudirka, Feliksas MIC (1870–1932) – kunigas, 1913 m. lydėjęs į JAV kun. Jurgį Matulaitį. Įsteigus JAV Marijonų naujokyną, paskirtas jo magistru, vėliau – marijonams pavestos Čikagos Šv. arkangelo Mykolo bažnyčios klebonas.

Hoc mense absolvimus regularum explicationem. In recreationibus collocuti sumus de rebus ad E.siae vitam spectantibus. – Collocuti sumus de methodo scientifice collaborandi iuxta ea quae Prof. A. de Laugenwendl exponebat. – Legimus St. Jure ulterius. – Toto mense iunio habuimus coram exposito S-mo devotionem S-mi Cordis Jesu. – Statuimus eandem devotionem quavis prima feria VI cuiusvis mensis persolvere.

10. VII. D.nus Leo Kulwice profectus est recuperandae sanitatis gratia Villars s. Ollon, iuxta medicorum ordinationem per 3 hebdomadas ibi mansurus.

Tempore explicationis regularum collocuti sumus de servando secreto.

11. Deambulationem longiorem omnes simul fecimus et recreationem; lectionem item in silva.

14. Deambulatio simul omnium et lectio spiritualis in silva. – Conferentia de sui abnegatione et renuntiatione.

Collocuti sumus de silentii gravitate et momento in vita spirituali; deque optima ratione apud nos illius servandi. Praeter recreationes, ne loquantur nisi ex gravi causa accedente necessitate, non in transitu, non in corridoriis; idque non nisi submissa voce, et quidem tantum, quantum necesse est ad expediendum negotium, quod remitti non potest. Si negotium non est urgens, remittendum est ad tempus liberum recreationis. Ne portae claudantur vel aperiantur cum strepitu; ne cum strepitu incedant dum egrediuntur domo vel eam ingrediuntur. Omnes curent vel maximum silentium servandum. – Strictissimum silentium toto tempore a precibus vespertinis usque ad tempus post Missam. Item in Refectorio tempore commestionum, in Capella, Sacristia. - Ne cubicula aliorum ingrediantur sine gravi causa. Nulli abusus in hac re conspiciuntur. Sed exortis abusibus, potest etiam praeceptum statui, ne ingrediantur aliorum cubicula sine Superioris permissione. – Cum quis alterius cubiculum ingreditur, quam citissime absoluto negotio exeant, ne inutiliter tempus occupet et alterum impediat.

Vespere tempore orationis unus qui Ciceronem legit de oratore exposuit ceteris regulas educandae vocis, de hac re collocuti sumus.

D.nus Buczys, qui apud sorores in villa Misericorde habitat, reddebat pluribus vicibus hisce diebus rationem de eis (quae) ab ipso acta sunt: in Academia et extra. Item collocuti sumus de variis negotiis, nostras res spectantibus. Ipse Buczys praeparat exercitia spiritualia quae Caunae et Vilnae daturus est sacerdotibus.

19. Advenit frater Joannes Totoraitis de Seyna summo mane. – Matulewicz profectus est ad excipiendas confessiones polonae et germanicae nationis sororum Congr. S. Pauli. – Totoraitis reddebat rationem hac et sequentibus diebus de actis ab ipso. – Vespere solemnis Benedictio cum S-mo.

20. Totoraitis de Canisiano transiit in villam „Misericorde" ad habitandum. – D.nus Kornilowicz licentiatum e Theologia fecit; profectus est statim ad assistendum Missae collegae

21. Matulewicz tempore deambulationis collocutus est multum cum D.nis: Maliauskas, Raštutis, Strikas – de nostra Congregatione. Illi plurimas fecerunt obiectiones; praesertim quod una cum polonis incipimus et agimus vitam communem; timorem habuerunt, ne id detrimento esset lithuanis et cet. – Nil novi dixerunt sed iam aliunde auditas obiectiones acerrimas, quae potissimum variis possibilitatibus innituntur, omni solido fundamento carentibus. – Responsum acceperunt: Congr. debet principiis Ecclesiae et Evangelii inniti et dirigi, non vero aliis quibuscumque; Congr. debet esse Catholica, ergo omnes nationes aequaliter amplecti, non vero nationalis. Curabimus ut nulla natio damnum vel detrimentum patiatur, sed ut omnium, ubi erimus, bono sincere intendamus, et alia eiusmodi.

23. Kornilowicz advenit circa meridiem item. – D.nus Wojtkievicz examina doctoratus theologiae incepit.

Šį mėnesį baigėme aiškintis regulas. Poilsio valandomis kalbėjomės apie reikalus, susijusius su Bažnyčios gyvenimu. Kalbėjomės apie mokslinio bendradarbiavimo metodą pagal tai, ką dėstė prof. A de Laugenvendlis. Toliau skaitėme *St. Jure*. Visą birželio mėnesį kasdien prie išstatyto Švenčiausiojo rengėme Švč. Jėzaus Širdies pamaldas. Nutarėme tokias pat pamaldas rengti ir kiekvieną pirmąjį mėnesio penktadienį.

VII.10. Kun. Leonas Kulvietis pagal gydytojų nurodymą išvyko atgauti sveikatos į Villars s. Ollon ir ten ketina pasilikti trims savaitėms.

Regulų aiškinimosi metu kalbėjomės apie paslapties saugojimą.

11. Visi drauge ilgiau vaikščiojomės ir pailsėjome; taip pat skaitėme miške.

14. Visų pasivaikščiojimas drauge ir dvasinis skaitymas miške. Konferencija apie savęs atsižadėjimą.

Kalbėjomės apie tylos svarbą bei reikšmę dvasiniame gyvenime ir apie geriausią jos laikymosi pas mus būdą. Išskyrus poilsio laiką, (mūsiškiai) tesikalba tik dėl svarbios priežasties, kai tampa būtina; tegul nesikalba galerijoje, koridoriuose. Kalbėtis tik pusbalsiu ir būtent tiek, kiek reikia išspręsti reikalą, kuris negali būti atidedamas. Jei reikalas nėra primygtinis, jį reikia atidėti laisvam poilsio laikui. Tenebūna triukšmingai uždarinėjamos ar atidarinėjamos durys, ir mūsiškiai tenekelia triukšmo išeidami iš namų ar į juos įeidami. Visi tesirūpina išlaikyti net visišką tylą. Griežčiausia ištisinė tyla – nuo vakaro maldų iki Mišių pabaigos. Taip pat valgykloje (refektoriuje) valgio metu, koplyčioje, zakristijoje. Be svarbios priežasties tenebūna einama į kitų kambarius. Šiuo požiūriu nėra pastebima jokių piktnaudžiavimų, tačiau, jiems pasireiškus, gali būti nustatoma taisyklė, kad negalima įeiti į kitų kambarius be Vyresniojo leidimo. Jei kas įeitų į kito kambarį, išsprendęs reikalą, kuo skubiau teišeina, kad veltui neeikvotų laiko ir netrukdytų kitam.

Vakare, pranešimo metu, vienas (iš mūsiškių), kuris skaito Cicerono[24] mintis apie oratorių, kitiems išdėstė balso lavinimo taisykles. Apie tai pasikalbėjome.

Kun. Būčys, kuris gyvena pas seseris (vienuoles) *Misericorde* viloje, pastarosiomis dienomis daug kartų davė ataskaitą apie tai, kas buvo jo nuveikta Akademijoje ir už jos ribų. Taip pat kalbėjomės apie įvairius rūpesčius, susijusius su mūsų reikalais. Pats Būčys ruošiasi dvasinėms pratyboms, kurias ketina pravesti kunigams Kaune ir Vilniuje.

19. Labai ankstų rytą atvyko brolis Jonas Totoraitis[25] iš Seinų. Matulaitis išvyko klausyti Šv. Pauliaus kongregacijos lenkų ir vokiečių tautybių seserų išpažinčių. Šiandien ir kitomis dienomis Totoraitis davė ataskaitą apie savo paties nuveiktus darbus. Vakare – palaiminimas su Švenčiausiuoju.

20. Totoraitis iš *Canisianum* persikėlė gyventi į *Misericorde* vilą. Kun. Kornilovičius įgijo teologijos licenciatą; jis tuoj pat išvyko prisidėti prie kolegos aukojamų Mišių.

21. Per pasivaikščiojimą Matulaitis daug kalbėjosi apie mūsų Kongregaciją su kunigais Maliausku, Raštučiu, Striku. Jie išsakė labai daug priekaištų, ypač dėl to, kad drauge su lenkais pradedame ir gyvename bendrą gyvenimą. Jie nuogąstavo, kad tai nepakenktų lietuviams ir kt. Nepasakė nieko naujo, o tik jau iš kitur girdėtus labai aštrius priekaištus, kurie labiausiai remiasi įvairiomis galimybėmis, neturinčiomis jokio tvirto pagrindo. Gavo atsakymą, kad Kongregacija turi remtis bei vadovautis Bažnyčios ir Evangelijos principais, o ne kokiais nors kitais; Kongregacija turi būti katalikiška – taigi vienodai atvira visoms tautoms, o ne nacionalinė. Rūpinsimės, kad nė viena tauta nepatirtų nuostolio ar žalos, bet kad ten, kur būsime, nuoširdžiai siektume visų gėrio, ir kitais panašiais dalykais.

23. Apie vidudienį atvyko ir Kornilovičius. Kun. Vaitkevičius pradėjo teologijos daktarato egzaminus.

[24] Ciceronas, Markas Tulijus (106–43 pr. Kr.) – Romos filosofas, oratorius, konsulas.

[25] Totoraitis, Jonas MIC (1872–1941) – kunigas, dr., Marijonų kapitulos narys (1911), kurioje Vyresniuoju išrinktas kun. Jurgis Matulaitis; Marijonų gimnazijos direktorius,Vytauto Didžiojo universiteto profesorius (1923–1937), Marijonų provincijolas (1930–1933).

24. Kornilowicz ad ferias peragendas profectus est. – Examina D.ni Voitkievič.

25. D.nus Voitkievič doctoratus examina absolvit. – Pro dissertatione ob exteriores circumstantias (sc. non habuit tempus ad definitive poliendam dissertationem) *cum laude* obtinuit; – pro oralibus examinibus *cum summa laude*. – Post examina erat parva recreatio. – Deliberati sumus de D.ni Kazak receptione in novitiatum. Statutum est: a) ut recipiatur; b) consilium datur ei, ut si vult statim incipiat potius, quam domum proficiscatur. – Ille angitur ab aliquo tempore diversis scrupulis; opinione omnium D.no Kazak utile erit annum in novitiatu transigere et statim incipere, secus poterit in morbum graviorem incidere.

26. Incipimus praeparare novum habitaculum. D.nus Voitkievicz potissimum hac re occupatur. – D.nus Kazak Julianus definitive petit, ut recipiatur in novitiatum.– Confessio sororum S. Pauli.

27. Labor et curae de ordinandis habitaculis. Soluti sumus pecuniam D.nae Regli pro semestri 1080 fr. – D.nus Wisniewski ad operarios profectus est.

28. Profecti sumus ad deambulandum. Presbyteri professi et qui iam novitiatum terminant, – collocuti sumus de diversis rebus nostram Congregationem spectantibus; – de futura eius ordinatione et organizatione. – Hisce colloquiis nos praeparamus ad sessionem formalem. Matulewicz initio indicavit et exposuit omnia puncta, de quibus colloquendum erit; postea incepimus colloqui in silva.

I. De organisatione totius Congregationis. Hucusque erat praxes, quot Superior (*išbraukta*).

29. Sessionem instituimus de rebus ad nostram Congr. pertinentibus.

30. Sessionem habuimus de rebus nostrae Congr. – D.nus Julianus Kazak definitive in novitiorum numerum susceptus est.

31. Omnes hos dies, praesertim hodie operam dedimus transportandis rebus e convictu Canisiano in domum rue du Pere Girard N. 8. – Noctem primam in hac domo transegimus. – D.nus Leo Kulwice de oppido Villars, ubi recuperandae sanitatis gratia, fuit reversus est.

Puncta de quibus per praecedentes dies collocuti sumus sunt haec:

I. De Congregationis regimine et organisatione ad interim.

1) Statutum est, ut Superior Generalis ad interim Friburgi consultores et adiutores habeat Felicem Kudirka et Mariannum Wisniewski, quorum primus oeconomi munere, alter vero secretarii fungatur. – Praeterea cum graviores res decidendae erunt, unus alterve e magis peritis novitiis ad consilium vocari potest.
2) Omnium fratrum, qui in ditione Russiae operam navaturi sunt, veluti superior et superarbiter D.nus Franciscus Bučys habebitur.
3) Praeterea qui in dioecesi Varsaviensi erunt, suum specialem, qui vero in Seynensi pariter suum superiorem habebunt. Illi superiores locales a superiore generali designabuntur.
4) Superioribus localibus menstruam vitae exterioris rationem fratres illius dioecesis reddere studeant, quantum id commode fieri poterit; item apud aliquem e suis fratribus, quantum id poterit fieri, confessiones suas peragant. – Secus relatio menstrua Superiori Generali detur.

II. De novitiatu et domo studiorum.

1) Quamquam nunc temporis novitiatus a domo studiorum separare plane nequit, tamen, quantum fieri potest, id curabitur; - saltem ut novitii aliquam domus partem sibi designatam habeant ibique suum specialem diei et exercitiorum ordinem sequantur.
2) Novitii saltem bis in mense rationem suae vitae magistro reddant iuxta instructiones.

24. Kornilovičius išvyko atostogauti. Kun. Vaitkevičiaus egzaminai.

25. Kun. Vaitkevičius išlaikė daktarato egzaminus. Dėl išorinių aplinkybių (t. y., neturėjo laiko galutiniam disertacijos ištobulinimui) už disertaciją gavo pažymį *cum laude*. Už žodinius egzaminus – *summa cum laude*. Po egzaminų buvo trumpas poilsis. Svarstėme apie kun. Kazako priėmimą į naujokyną. Buvo nuspręsta: a) kad būtų priimamas; b) jam patariama, kad, jei nori, verčiau pradėtų (naujokyną), užuot vykęs namo. Jis kurį laiką yra varginamas įvairių negandų. Visų nuomone, kun. Kazakui bus naudinga praleisti metus naujokyne ir jį pradėti tuojau pat; priešingu atveju jis gali susirgti sunkesne liga.

26. Pradėjome įrenginėti naują buveinę. Šiuo reikalu ypač užsiima kun. Vaitkevičius. Kun. Julijonas Kazakas galutinai prašo, kad būtų priimamas į naujokyną. Šv. Pauliaus seserų išpažintis.

27. Darbas ir rūpesčiai dėl patalpų sutvarkymo. Poniai Regli už pusmetį sumokėjome 1080 frankų. Kun. Višnevskis išvyko pas darbininkus.

28. Ėjome pasivaikščioti. Įžadus davusieji kunigai ir tie, kurie jau baigia naujokyną. Kalbėjomės apie įvairius reikalus, susijusius su mūsų Kongregacija; apie jos būsimą tvarkymą ir organizavimą. Būtent šiais pakalbiais rengiamės formaliam posėdžiui. Matulaitis iš pradžių nurodė ir išdėstė visus dalykus, apie kuriuos reikės pasikalbėti; po to pradėjome kalbėtis miške.

I. Apie visos Kongregacijos organizavimą. Iki šiol buvo praktikos, kiek Vyresnysis (*išbraukta*).

29. Surengėme posėdį apie reikalus, susijusius su mūsų Kongregacija.

30. Vyko posėdis apie mūsų Kongregacijos reikalus. Kun. Julijonas Kazakas galutinai buvo priimtas į naujokyną.

31. Per visas pastarąsias dienas, ypač šiandien, stengėmės pervežti daiktus iš *Canisianum* kolegijos į namus, esančius rue du Pire Girard N. 8. Šiuose namuose praleidome pirmą naktį. Kun. Leonas Kulvietis grįžo iš Vilars miesto, kur pabuvojo, kad atgautų sveikatą.

Dalykai, apie kuriuos kalbėjomės per ankstesnes dienas, yra tokie:

I. Apie laikinąjį Kongregacijos valdymą ir organizavimą.

1) Buvo nuspręsta, kad laikinasis Generalinis Vyresnysis[26] turėtų Fribūre patarėjus bei padėjėjus Feliksą Kudirką ir Marijaną Višnevskį – pirmasis eitų ekonomo, o antrasis – sekretoriaus pareigas. Be to, kai reikės spręsti svarbesnius reikalus, į tarybą galės būti kviečiamas vienas ar kitas iš labiau patyrusių naujokų.
2) Visų brolių, kurie darbuosis Rusijos regione, vyresniuoju ir superarbitru bus laikomas kun. Pranciškus Būčys.
3) Be to, tie, kurie bus Varšuvos vyskupijoje, kaip ir tie, kurie bus Seinų vyskupijoje, turės savo atskirą vyresnįjį. Tie vietiniai vyresnieji bus skiriami Generalinio Vyresniojo.
4) Vietiniams vyresniesiems toje vyskupijoje esantys broliai tesiekia duoti kasmėnesinę išorinio gyvenimo ataskaitą, kiek tai patogiai gali būti padaroma; taip pat pas kurį nors iš savo brolių, kiek tai bus įmanoma, teatlieka išpažintį. Antraip mėnesinė ataskaita tebūna daroma Generaliniam Vyresniajam.

II. Apie naujokyną ir Studijų namus.

1) Nors šiuo metu naujokynas negali aiškiai būti atskiriamas nuo Studijų namų, tačiau, kiek įmanoma, to bus siekiama; bent tiek, kad naujokai turėtų kokią nors jiems skirtą namų dalį ir ten laikytųsi tam tikros savo dienotvarkės bei nustatyto (dvasinių) pratybų plano.
2) Naujokai bent dukart per mėnesį teduoda magistrui savo gyvenimo ataskaitą pagal instrukcijas.

[26] Genelanis Vyresnysis – kun. Jurgis Matulaitis MIC.

3) Curandum est, ut novitii minus studiis, plus vero ascesi intenti sint, quamquam studia plane removeri non possunt.
4) Ordinanda erit quoque studentium vitae ratio; tendendum est ad id,
    a) ut studiorum ratio et cursus ab aliquo dirigatur; nunc temporis eas partes Superior Gen. faciet, quantum poterit.
    b) ut vita spiritualis ordinetur, libri meditationum;- libri ad faciendas lectiones spirituales indicabuntur.
    c) ut quaedam exercitia spiritualia a studentibus in communi una cum novitiis persolventur, quaedam privatim.
    d) ut colloquia vel collationes spirituales aliquando a studentibus instituantur.
    e) ut disputationes theologicae et philosophicae a studentibus habeantur.
    f) ut librorum lectura superiorum inspectioni subdatur.
    g) si id fieri poterit et utile apparebit, e studentibus quidam designentur ut repetitores aliorum, saltem quoad quasdam scientias.

Haec omnia tamquam directio statuuntur, quae quantum fieri poterit in usum deducentur.

III. Quaedam quae Congregationis candidatos spectant.

1) Nostri sacerdotes curent, ut vocationes tum ad superiorem perfectionem generatim, tum ad vitam religiosam speciatim excitent, sustentent, et colant.
2) Curandum est iuxta Ecclesiae canones et spiritum, sed pacifice, cum caritate et maxima reverentia, ne Ordinarii loci sacerdotes qui volunt in Congregationem ingredi, diu retineant vel impediant, maxime tamen precibus et obsecrationibus Rev. Ordinarii loci sunt ad hoc inclinandi, ut suum consensum praebeant.
3) Candidati laici bene antea probentur idque non ab uno aliquo fratre, sed etiam ab aliis quantum fieri potest. In his sequendae superiorum indicationes.

IV. De Congregationis re pecuniaria.

1) Curent, quantum quisque poterit, eis quae labore suo acquiruntur Congregationem iuvare, quae nunc pauperrima est.
2) Curent benefactores vel stipendia invenire praesertim eis qui studia continuaturi sunt.
3) Testamentum quisque faciat. Praeterea ei qui bibliothecas vel alias res in Russia asservant, alter alteri earundem venditionis actum coram notario scribant.

V. Relatio ad Ordinarios loci.

1) Ne quis sese in res quae ad dioeceseos regimen pertinent ingerat; - neve erga easdem criticam exerceat; – caveant, praesertim ne de dioecesanis ordinationibus vel de personis (*išbraukta*) generatim de clero quid mali loquantur audeant (*išbraukta*); – Cum totum clerum, tum speciatim Ordinarios loci et personas in dignitatibus constitutas debito honore et reverentia et benevolentia atque caritate prosequantur.
2) De eis operibus, quae in dioecesi peragunt, aliquoties Ordinario loci relationem dare studeant, prout in instructionibus indicatur.

VI. Ne extranei ad habitandum una cum fratribus in nostras domus recipiantur. Ubi id necesse est, separatus pro hospitibus locus habeatur.

VII. Schema Constitutionum, quae Russico gubernio ad confirmandum proponi debent iuxta R-mi et Il-mi D.ni Karos, episcopi Seynensis (*išbraukta*), a D.no Bučys elaboratum est atque a ceteris confirmatum. Id schema primum quibusdam Ordinariis de Seyny, (...) Cauna et Mohyloviensi proponi_(*išbraukta*) proponi debet, atque Ordinariorum Consilium est nobis sequendum (*išbraukta*) atque ulterius iuxta illorum Ordinariorum consilium est agendum.

3) Reikia rūpintis, kad naujokai būtų mažiau atsidėję studijoms, o daugiau – askezei, nors studijų, žinoma, negali būti atsisakoma.
4) Taip pat reikės sutvarkyti studentų gyvenimo būdą; reikia siekti:
    a) kad kas nors vadovautų studijų planui ir eigai; šiuo metu tokį vaidmenį, kiek galės, atliks Generalinis Vyresnysis;
    b) kad būtų nustatoma dvasinio gyvenimo tvarka, meditacijų knygos; bus nurodomos knygos, skirtos dvasiniam skaitymui;
    c) kad vienos dvasinės pratybos būtų studentų atliekamos bendrai drauge su naujokais, kitos – privačiai.
    d) kad studentai kai kada rengtų dvasinio turinio pokalbius ar pasitarimus;
    e) kad studentai rengtų teologinius ir filosofinius disputus;
    f) kad knygų skaitymas būtų vyresniųjų prižiūrimas;
    g) jei būtų įmanoma ir atrodys naudinga, kai kurie iš studentų tebūna paskiriami kitų repetitoriais, bent jau kai kurių mokslo dalykų atžvilgiu.

Visa tai yra nustatoma kaip gairės, kurios, kiek įmanoma, bus įgyvendinamos.

III. Kai kas apie tai, kas susiję su Kongregacijos kandidatais.

1) Mūsų kunigai tesirūpina, kad skatintų, palaikytų ir puoselėtų pašaukimus tiek apskritai į aukštesnį tobulumą, tiek atskirai į vienuolišką gyvenimą.
2) Reikia pagal Bažnyčios kanonus ir dvasią, tačiau taikingai, su meile ir didžiule pagarba siekti, kad vietos ordinarai ilgai neužlaikytų ar netrukdytų kunigams, kurie nori stoti į Kongregaciją. Labiausiai reikia maldomis ir nuolankiais prašymais palenkti vietos ordinarus, kad duotų savo sutikimą.
3) Kandidatai pasauliečiai prieš tai tebūna deramai ištiriami, ir tai ne kurio nors vieno brolio, bet, kiek įmanoma, ir kitų. Šiame reikale reikia laikytis vyresniųjų nuorodų.

IV. Apie Kongregacijos piniginius reikalus.

1) Kiekvienas, kiek galės, tesiekia tuo, ką savo darbu įgyja, paremti Kongregaciją, kuri dabar yra labai neturtinga.
2) Geradariai tesiekia ir stipendijas išrūpinti, ypač tiems, kurie ketina tęsti studijas.
3) Kiekvienas tesudaro testamentą. Be to, tie, kurie Rusijoje turi bibliotekų ar kitų dalykų, pas notarą tesurašo jų pardavimo vienas kitam aktą[27].

V. Santykis su vietos ordinarais.

1) Niekas tenesikiša į reikalus, kurie yra susiję su vyskupijos valdymu, ir jų atžvilgiu tenereiškia kritikos; ypač tesisaugo, kad nieko blogo nekalbėtų apie vyskupijos potvarkius ar apskritai apie dvasininkiją. Tiek visiems kunigams, tiek ypač vietos ordinarams bei aukšto rango asmenims (dignitoriams) kiekvienas tereiškia deramą pagarbą, palankumą bei meilę.
2) Kaip yra nurodoma instrukcijose, visi tesiekia kartkartėmis vietos ordinarui duoti ataskaitą apie darbus, kuriuos atlieka vyskupijoje.

VI. Tenebūna į mūsų namus priimami pašaliečiai gyventi drauge su broliais. Kur reikalinga, tebūna turima atskira buveinė svečiams.

VII. Konstitucijų, kurios turi būti pateiktos patvirtinti Rusijos valdžiai (pagal Jo Ekscelencijos Seinų vyskupo A. Karoso – *išbraukta*), metmenys buvo kun. Būčio kruopščiai parengti ir kitų patvirtinti. Tie metmenys pirma turi būti pateikti kai kuriems ordinarams (Seinų, Kauno ir Mogiliovo – *išbraukta*), (ir mums reikia laikytis ordinarų patarimo – *išbraukta*), ir toliau reikia veikti pagal tų ordinarų patarimą.

[27] J. Matulaitis ypatingai rūpinosi bibliotekų gausinimu ir išsaugojimu.

VIII. De D.ni Antonii Staniukynas proposito veniendi ad laborandum inter lithuanos advenas in Americam.

1) Propositum D.ni St. nobis arridet et placet; optamus, ut id fieri possit.
2) De hac re colloquendum est cum Ordinariis Seynenis et Samogithiensi.
3) Tunc definitivum responsum dari poterit.

IX. De secreto servando quoad nostrae vitae genus.

1) Secretum servandum est, prout in Instructionibus ponitur et iuxta prudens Superiorum iudicium.
2) De interioribus rebus et negotiis nostrae Congregationis non est agendum cum aliis sacerdotibus (*išbraukta*) nisi cum Ordinariis loci. Ne ceteri inutiliter et cum Congr. detrimento in nostram vitam initientur.

X. De relatione triennali quae Sacrae Congregationi Regularum danda est.

Quisque notet quae extra consueta sua officia peragit, ut ex iis rebus illa relatio componi possit.

XI. De Instructionibus.

Matulewicz retulit:
1) generalem partem iam esse compositam; eam perlegerunt quoque D.ni Bučys et Totoraitis et probarunt.
2) Quod praxes et novitiorum formationem spectat, - quaedam sunt praeparata, ad quaedam materia necessaria collecta. Matulevicz sperat eam partem anno currenti finiturum esse (*išbraukta*) absolutum iri.
3) Omnes hortantur, ut quae usu et experientia didicerint, notent, ut ex eis postea Instructiones componi queant.

XII. De recreationibus

Curandum est, ut meliore ac meliore modo peragantur non obstantibus difficultatibus ob horti vel specialis cubiculi penuriam, - ut communes deambulationes fiant et cetera eiusmodi ad fovendam vitam communem.

XIII. De nationalibus relationibus in nostra Congregatione longe et late actum est anni huius decursu et nunc temporis.
Instructiones confectae sunt, quae iuxta D.ni Bučys et Totoraitis indicationes iam sunt correctae et ad huc in quibusdam corrigendae (*išbraukta*) quae nunc probantur.

XIV. De difficultatibus quae nostrae Congregationi ab aliis ponuntur, de obiectionibus, persecutionibus (*išbraukta*) quae moventur et cet.

1) Ne animo cadant, sed eo magis spiritu Christi et Ecclesiae animari studeant atque indefesse ad Dei gloriam promovendam et animarum salutem laborent pro persecutoribus vero_(*išbraukta*) eis quae illas obiectiones spargunt Deum orent.
2) Ne se defendere nimis curent, potius ad obiectiones taceant. Immo vero laborem pacificum et positivum continuent et bonis operibus atque vitae honestate obiectionum inanitatem ostendere curent. Malum in bono vincant.
3) Ne ob varias obiectiones et impugnationes a recto tramite, qui Christi Evangelio et Ecclesiasticis legibus indicatur, deflectant. – Ad Christi pariter et apostolorum exemplum et vitam in his omnibus attendant atque ibi solamen et fortitudinem quaerant.

VIII. Apie kun. Antano Staniukyno sumanymą vykti į Ameriką darbuotis tarp lietuvių atvykėlių.

1) Kun. St.[28] sumanymas mums patinka; pageidaujame, kad jis galėtų būti įgyvendinamas.
2) Apie šį reikalą reikia kalbėtis su Seinų ir Žemaitijos ordinarais.
3) Tik tada galės būti duotas galutinis atsakymas.

IX. Apie paslapties, susijusios su mūsų gyvenimo būdu, saugojimą.

1) Paslaptį reikia saugoti, kaip yra nustatyta instrukcijose ir pagal įžvalgų vyresniųjų sprendimą.
2) Apie vidinius mūsų Kongregacijos reikalus bei rūpesčius (nereikia kalbėtis su kitais vietos kunigais – *išbraukta*) reikia kalbėtis tik su vietos ordinarais. Kiti tenebūna tuščiai ir mūsų Kongregacijos atžvilgiu žalingai įtraukiami į mūsų gyvenimą[29].

X. Apie trimetę ataskaitą, kurią reikia duoti Šventajai Regulų kongregacijai.

Kiekvienas teužsirašo, ką nuveikia be įprastinių savo pareigų, kad iš tų dalykų galėtų būti sudaroma minėta ataskaita.

XI. Apie instrukcijas.

Matulaitis pranešė:
1) kad bendroji dalis jau yra parengta; ją taip pat perskaitė ir pripažino tinkama kunigai Būčys ir Totoraitis.
2) Dėl veikimo būdų, susijusių su naujokų ugdymu – kai kas yra parengta, kai kam yra surinkta reikalinga medžiaga. Matulaitis viliasi, kad ši dalis bus šiemet užbaigta.
3) Visi yra raginami, kad pasižymėtų tai, ką išmoko iš patirties, kad iš tų dalykų vėliau galėtų būti sudaromos instrukcijos.

XII. Apie poilsį.

Reikia siekti, kad jis būtų vis tinkamiau praleidžiamas, netrukdant keblumams dėl sodo ar specialaus kambario nebuvimo – kad vyktų bendri pasivaikščiojimai ir kiti panašūs dalykai bendruomeniškam gyvenimui puoselėti.

XIII. Apie santykius mūsų Kongregacijoje tautiniu požiūriu labai išsamiai buvo kalbėta šių metų eigoje ir dabar. Buvo parengtos instrukcijos (kurios pagal kun. Būčio ir Totoraičio nuorodas jau buvo pataisytos ir kai kur tebėra taisytinos – *išbraukta*), kurios dabar patvirtinamos.

XIV. Apie mūsų Kongregacijai kitų keliamus sunkumus, apie reiškiamus priekaištus, (persekiojimus – *išbraukta*) ir kt.

1) Tegul nė vienas nepraranda drąsos, bet juo labiau siekia būti įkvėptas Kristaus ir Bažnyčios dvasios bei nenuilstamai darbuojasi dėl Dievo garbės skleidimo ir sielų išganymo, o už (persekiotojus – *išbraukta*) tuos, kurie minėtus priekaištus skleidžia, tegul meldžia Dievą.
2) Tegul pernelyg nesiekia apsiginti, bet veikiau į priekaištus teatsako tylėjimu. Geriau tegul tęsia taikingą bei pozityvų darbą ir gerais darbais bei garbingu gyvenimu tesiekia parodyti priekaištų beprasmiškumą. Blogį tenugali gerumu.
3) Dėl įvairių priekaištų bei išpuolių tegul nenukrypsta nuo tiesaus kelio, kuris yra rodomas Kristaus Evangelijos ir Bažnyčios įstatymų. Visuose šiuose dalykuose težiūri Kristaus, taip pat apaštalų pavyzdžio bei gyvenimo ir ten ieško paguodos bei tvirtybės.

[28] Staniukynas, Antanas – Čikagos (JAV) kunigas, 1909 m. įkūręs Šv. Kazimiero seserų vienuolyną.
[29] Perspėjimas dėl būtinybės laikytis konspiracijos reikalavimų.

XV. De usu potuum alcoholicorum:

1) Ne umquam ipsi inter se hisce potibus utantur in suis comestionibus.
2) Omnes tendant ad abstinentiam servandam; (quantum id prudentia et bene ordinata cari... – *išbraukta*) etiam in relationibus cum aliis, nisi prudentia et bene ordinata caritas aliter suadeant; sed etiam tunc ne sumant istos potus, nisi quasi quadam necessitate coacti. – De cetero quomodo in hisce rebus agendum sit in diversis circumstantiis, usus vitae docebit, atque postea de hisce Instructiones componentur.

XVI. De spiritu paupertatis (in cubiculis suis componendis et ceteris rebus servando – *išbraukta*) servando.
Ne quid superflui irrepat et ut omnia spiritui paupertatis et honestati conveniant, praesertim locales praepositi curent.

XVII. Utile erit et optandum est, ut aliquis pp. Jesuitarum, Benedictinorum vel alius alicuius Congr. novitiatus visitari possit.

XVIII. Fratres inter se frequentes relationes saltem per litteras foveant, sed caveant ne in eis personarum inutilem mentionem faciant, neve epistolas periculosas (respectu quorum – *išbraukta*) apud se inutiliter servent.

XIX. Quandoque minus periti fratres praecavendi sunt, ne cum quibusdam extraneis inutiles et periculosas familiaritates et relationes connectant.

XX. Utile erit, ut triennales relationes, quae Sacrae Congr. praesentari debent, non tantum per litteras sed etiam personaliter a Superiore vel aliquo alio electo fratre peragantur.

XXI. Praeprimis omnis cura impendenda, ut candidati, qui nostram Cong. ingrediuntur, omni quo poterunt meliore modo tum quoad spiritum, tum quoad cetera educentur et ad serviendum Deo et hominibus praeparentur.

31. VII. Matulewicz et Voitkevič fuerunt apud Ordinarium loci atque petierunt, ut capella liceat in domo instituere. Concessit rem ore; petitiones dedimus in scripto.

Die 1. VIII (augusti) 1912. Advenit hospes D.nus Ladislaus Jurgutis. Multum collocutus est cum Matulevič de obiectionibus, quae nobis fiunt tum e parte nationalistarum, tum aliorum. – Voitkevič fuit in Ordinariatu atque in scriptis accepit permissionem ad capellam instituendam.

Sessionibus, quarum puncta et decisiones superius relata sunt, aderant:

Matulevicz Georgius
Buczys Franciscus
Totoraitis Joannes
Dvoranowski Vincentius
Voitkiewicz Josephus
Kudirka Felix
Bronikowski Casimirus
Wisniewski Marianus
Novicki Justinus
Kulwice Leo.

XV. Apie alkoholinių gėrimų vartojimą.

1) Niekada patys tegul nevartoja šių gėrimų valgydami drauge.
2) Visi tebūna linkę laikytis abstinencijos (kiek išmintingumas ir tikrai tvarkinga meilė – *išbraukta*) ir santykiuose su kitais, jei išmintingumas ir tikrai tvarkinga meilė neskatintų pasielgti kitaip – bet ir tuomet tegul vartoja tų gėrimų tik kaip tam tikro būtinumo priversti. Be to, kaip reikėtų šiuo atžvilgiu elgtis įvairiomis aplinkybėmis, pamokys gyvenimo patirtis, ir vėliau iš to bus parengtos instrukcijos.

XVI. Apie neturto dvasios išsaugojimą (apstatant savo kambarius ir kituose dalykuose – *išbraukta*)
Ypač vietos prepozitai tegul rūpinasi, kad neatsirastų ko nors nebūtino ir kad viskas atitiktų neturto dvasią ir padorumą.

XVII. Bus naudinga ir yra pageidautina, kad galėtų būti apsilankoma kokiame nors tėvų jėzuitų, benediktinų ar kurios nors kitos kongregacijos naujokyne.

XVIII. Broliai tepuoselėja dažnus tarpusavio ryšius bent laiškais, tačiau tesisaugo, kad juose be reikalo neminėtų jokių asmenų ir be reikalo nelaikytų pas save (jų atžvilgiu – *išbraukta*) pavojingų laiškų[30].

XIX. Kartais mažiau patyrusius brolius reikia apsaugoti, kad su kokiais nors pašaliečiais neužmegztų nereikalingų ir pavojingų bičiulysčių bei santykių.

XX. Bus naudinga, kad trimetės ataskaitos, kurios turi būti pateikiamos Šventajai Kongregacijai, būtų ne tik laišku siunčiamos, bet ir asmeniškai daromos Vyresniojo ar kurio nors kito išrinkto brolio.

XXI. Pirmiausia reikia visaip rūpintis, kad kandidatai, kurie stoja į mūsų Kongregaciją, kiek įmanoma jiems geresniu būdu būtų ugdomi tiek dvasiniu, tiek ir kitais atžvilgiais bei parengiami tarnauti Dievui ir žmonėms.

VII.31. Matulaitis ir Vaitkevičius buvo pas vietos Ordinarą ir paprašė, kad leistų namuose įsteigti koplyčią. Suteikė tam dalykui žodinį leidimą; įteikėme raštišką prašymą.

1912 m. VIII (rugpjūčio) 1 d. Atvyko svečias kun. Vladislovas Jurgutis. Daug kalbėjosi su Matulaičiu apie priekaištus, kurie yra mums keliami tiek iš tautininkų, tiek iš kitų pusės. Vaitkevičius buvo ordinaro buveinėje ir gavo raštišką leidimą steigti koplyčią.

Posėdžiuose, kuriuose buvo svarstyti anksčiau išdėstyti dalykai ir nutarimai, dalyvavo[31]:

Matulaitis Jurgis
Būčys Pranciškus
Totoraitis Jonas
Dvaranauskas Vincentas
Vaitkevičius Juozapas
Kudirka Feliksas
Bronikovskis Kazimieras
Višnevskis Marijanas
Navickas Justinas
Kulvietis Leonas.

[30] Dar vienas perspėjimas laikytis konspiracijos reikalavimų.
[31] Pirmųjų marijonų, kuriais J. Matulaitis rėmėsi su Marijonų kongregacija susijusioje veikloje, sąrašas.

Die 2 augusti 1912. – Formalem sessionem habuimus, in qua decisiones quae in praecedentibus sessionibus statutae erat, approbatae sunt atque a secretario in Libro protocolorum conscriptae et ab omnibus presbyteris subscriptae. – Sessionem quoque habuimus de novitiis, eorum indole et admissione, ei adstabant omnes professi. – D.nus Jurgutis declaravit se nondum posse nostram Congr. ingredi ob varias causas et ob timorem, ne suae opiniones nimis a nostris differant. Profectus est a nobis circa h. 4 post meridiem. – Deo adiuvante capellam iam instituere et adornare potuimus. – Hora 8 vesp. exercitia spir. incepimus. Conferentia: Idea exercitiorum spiritualium, modi, utilitas.

1912.VIII. 3. Primam Missam in Capella celebravit Matulevicz pro omnibus nostris benefactoribus, eis praesertim qui ad capellam adornandam nos adiuvarunt. – Exercitia spiritualia: primus dies. Dirigit Matulewicz; iuxta Bellecium. Conferentia: Necesse est, ut Deus sit omnia in nostra vita. S. Paulus apost. exemplar hominis dediti Deo et saluti animarum.

4. VIII. Exercitia spiritualia. Conferentia: De causis nostrorum peccatorum et casuum in peccata. – D.nus Bistras profectus est in Lithuaniam ad expedienda gravia negotia sua et ad sese paulisper recreandum.

5. VIII. Exercitia spiritualia continuantur. Conferentia: De reparanda vita et de componendo ordine vitae.

6. VIII. Exercitia Spirit. Conferentia: De vocatione Apostoli.

7. VIII. Exercit. Spirit. Conferentia: De tendentia ad perfectionem.

8. VIII. Exercit. Sp. Conferentia: De Zelo.

9. VIII. Exercit. Sp. – Advenit I-mus Magnificus Rector Academiae Petropolitanae Kakowski Aleksander; – invisit Matulewicz; – collocutus est cum eo de Academiae rebus nonnullis.

D.nus Bronikowski Casimirus tria vota simplicia annua professus est vespere hora 6 ½ et fecit consueta iuramenta. – Eadem die profectus est Varsoviam ad exercitia spiritualia ordinandis praedicanda.

10. D.nus Matulewicz professus est vota perpetua, quae sunt 29 augusti renovanda, nam adhuc desunt tres completi anni; – Dies festus S. Laurentii. – Renovarunt sua vota annua Bučys et Totoraitis. Professi sunt prima vota annua: Dvoranowski, Kudirka, Voitkevič, Kulwice, Novicki. Hi omnes fecerunt quoque consueta iuramenta. Košys sola prima vota annua professus est sine iuramentis, nam est frater laicus. – Exercitia spiritualia continuabantur. Conferentia de Christi sequela: essentiales ideae.

11. Finis exercitiorum spiritualium. Mane peregre iam profecti sunt Bučys et Totoraitis. – Post meridiem peregre profectus est Kulwice. – D.nus Mroczek prima vota annua una cum iuramentis professus est.

12. Ordinem faciebant in domo hodie et sequentibus diebus.

13. Peregre profecti sunt: Dvoranowski et Nowicki.

18. Toto tempore ultimis diebus inducebatur ordo in nostram domum et vitam. – Hodie professus prima vota D.nus Wisniewski. – Vespere profectus est D.nus Woitkiewicz in Lithuaniam, postea Varsoviam.

1912 m. rugpjūčio 2 d. Įvyko formalus posėdis, kuriame buvo patvirtinti ankstesniuose posėdžiuose priimti nutarimai; jie buvo sekretoriaus surašyti protokolų knygoje bei visų kunigų pasirašyti. Taip pat surengėme posėdį dėl naujokų, jų prigimties ir priėmimo; jame dalyvavo visi davusieji įžadus. Kun. Jurgutis pareiškė dar negalįs stoti į mūsų Kongregaciją dėl įvairių priežasčių ir dėl nuogąstavimo, kad jo pažiūros gali pernelyg skirtis nuo mūsų. Išvyko iš mūsų namų apie 4 val. popiet. Dievo padedami jau galėjome įsteigti ir papuošti koplyčią. 8 val. vakaro pradėjome dvasines pratybas. Įvyko konferencija: dvasinių pratybų idėja, būdai, nauda.

1912.VIII.3. Pirmąsias Mišias koplyčioje aukojo Matulaitis – už visus mūsų geradarius, ypač tuos, kurie mums padėjo papuošti koplyčią. Dvasinės pratybos – pirmoji diena. Jas veda Matulaitis pagal *Bellecium*. Konferencija: reikia, kad Dievas būtų viskas mūsų gyvenime. Šv. apaštalas Paulius – Dievui ir sielų išganymui atsadavusio žmogaus pavyzdys.

VIII.4. Dvasinės pratybos. Konferencija: apie mūsų nuodėmių ir atkritimo į nuodėmes priežastis. Ponas Bistras išvyko į Lietuvą tvarkyti savo svarbių reikalų ir truputį pailsėti.

VIII.5. Tęsiamos dvasinės pratybos. Konferencija: apie gyvenimo taisymą ir gyvenimo tvarkos sudarymą.

VIII.6. Dvasinės pratybos. Konferencija: apie apaštalo pašaukimą.

VIII.7. Dvasinės pratybos. Konferencija: apie tobulumo siekimą.

VIII.8. Dvasinės pratybos. Konferencija apie uolumą.

VIII.9. Dvasinės pratybos. Atvyko Magnificencija Petrapilio akademijos rektorius Aleksandras Kakovskis; aplankė Matulaitį; su juo kalbėjosi apie kai kuriuos akademijos reikalus.

Kun. Kazimieras Bronikovskis pusę septynių vakaro davė tris paprastuosius metinius įžadus ir įprastines priesaikas. Tą pačią dieną išvyko į Varšuvą vesti dvasinių pratybų šventinamiesiems.

10. Kun. Matulaitis davė amžinuosius įžadus, kuriuos reikės atnaujinti rugpjūčio 29 d., nes iki šiol dar nėra praėję treji metai. Šv. Lauryno šventė. Savo metinius įžadus atnaujino Būčys ir Totoraitis. Pirmuosius metinius įžadus davė Dvaranauskas, Kudirka, Vatkevičius, Kulvietis, Navickas. Jie visi taip par davė įprastines priesaikas. Košys davė tik pirmuosius metinius įžadus be priesaikų, nes jis yra brolis pasaulietis. Buvo tęsiamos dvasinės pratybos. Konferencija apie Kristaus sekimą: esminės idėjos.

11. Dvasinių pratybų pabaiga. Rytą svetur jau išvyko Būčys ir Totoraitis. Po vidudienio svetur išvyko Kulvietis. Kun. Mročekas davė pirmuosius metinius įžadus su priesaikomis.

12. Šiandien ir tolimesnėmis dienomis visi tvarkėsi namuose.

13. Svetur išvyko Dvaranauskas ir Navickas.

18. Pastarosiomis dienomis visą laiką buvo įvedama tvarka į mūsų namus ir gyvenimą. Šiandien pirmuosius įžadus davė kun. Višnevskis. Vakare kun. Vaitkevičius išvyko į Lietuvą, po to – į Varšuvą.

Iš lotynų k. išvertė Stanislovas Poniškaitis